

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**


**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Gebet-und Gesangbuch - Cod. Ettenheim-Münster 386**

**Jan <Nepomucký>**

**[S.l.], um 1727**

[urn:nbn:de:bsz:31-133433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-133433)







±





E. M. 386


1727 *Handwritten signature*

*Handwritten text on the left edge of the page.*

III




















































xx

[Faint, mirrored text bleed-through from the reverse side of the page, including words like "MATUTINUM" and "Versus"]

Sanctus  
 Domini  
 pleni  
 Maie  
 Versus  
 Resp.  
 Laud  
 Versus  
 Resp.  
 in  
 Alia  
 Orb  
 Te  
 P  
 In q

Sanctus, Sanctus,

Sanctus

Dominus Deus Sabaoth  
pleni sunt caeli, et terra,  
Maiestatis gloriae tuae.

AD  
MATUTINUM

Vers. Domine labia mea aperies  
Resp. Et os meum annuntiabit  
laudem tuam.

Vers. Domine ad adiutorium meum intende.  
Resp. Domine ad adiuuandum  
me festina. Gloria Patri et  
Filio etc. Alleluia, vel laus etc.

Hymnus.  
Orbi Nepomucum dedit,  
Te Ioanes suum credit,  
Patronum Boemiae:  
In qua tuae pietatis,



admiranda celsitudinis,  
 Coruscant vigilia.

Vers. Domine ne elongeris awei:  
 lium tuum a me.

Respon: Ad defensionē confide:

## Oratio

Deo, cui soli debetur omnis honor  
 et gloria, per gloriosa merita sanc:  
 tyris tui Joannis Nepomuceni,  
 te suppliciter exoro, ut omne infami:  
 am, et confusionem publicam  
 undecumq; mihi impendentem  
 misericorditer avertere digneris,  
 et concede sic uti honoris temporalis,  
 ut aeternam confusionem evadere,  
 et in caelesti gloria merear collocari.  
 per Dnm nostrū Jesū Christū filium  
 suū, qui ab aeterna de hinc hinc  
 confusione, ignominiosa morte  
 Graecis nos redemit, et nunc tecum  
 vivit, et regnat Deo in saecula saeculorum.

## Ad Primam

Deo in adiutorium, etc. Gloria Pa:  
 tri etc. Alleluia Vel laus tibi etc.



3  
†  
Hymnus.

Dei Mater imperavit,  
Quod sis mire procuravit,  
Natus thoro sterili.

Flammarum Caeli confirmarunt  
Prolem sanctam te monstrarunt

Signo non in fallibili.

V. Ad te Domine levavi animam meam.

R. Deo meo in te confido, non erubescam.

Oremus.

Deo pro cuius honore S. Ioannes  
Nepomucenus famulus tuus, ne secre-  
tu confessionis prodere in aquis  
mersus est, gloriose vitam hucusque con-  
cede propitius nobis famulis tuis,  
et meritis eius, et intercessione ab  
omni periculo, sanaeque macula  
hic, et in aeternum conservari nu-  
rear. Per Christum Dominum nostrum Amen.

Ad Tertiam.

V. Deo in adi. et. Gloria Patri etc.

Alleluia. Ve laus tibi etc.



4

## Hymnus

Vix Sacerdos ordinatus,  
Es fery enter mox zelatus,  
Solam Dei gloriam.

Divinum semen sparsisti,  
Populos post te traxisti,  
Per miram facinoriam.  
Custodi animam meam, et eripe me.  
Non erupes eam, quonia speravi in te.

## Oremus

Omnipotens et misericors Deus  
concede propitius, ut qui in mortu-  
tas. Ioannis Nepomuceni confi-  
ding, eius potēti intercessione ex  
omni infamia, et confusione pu-  
blica tam temporalis, quā aeterna  
hinc, et alterius vitae, et vel maxime  
ex immortali N.N. per piissimam  
misericordiam tuam eruiamur. Per  
Dnm nostrū Iesū Christū Filium  
hūi, qui nos redemit per infamen  
mortem crucis, et qui gloriose vivit  
et regnat in unitate spiritus consola-  
toris in aeternū. Rog. nunc et in aeternū  
Amen.



**Ad Sextam.**  
Deo in adiut: etc. Gloria Patri etc.  
Alleluia vel Paus tibi etc.

## Hymnus.

**T**e Regine Confesso rem,  
Virtus fecit etcensorem,  
Mirandæ prudentiæ;

**A**b hæc Pater vocitatus,  
Unus suæ declaratus,  
Testis conscientie.

**V**suscipe me dñe sōm eloquū tuū.  
Et non cōfūdas me ab expecta  
tione mea.

## Oremus.

Deo cordis mei, sine cuius nutu ne  
capillg quicq̄ de capite nostro pe  
rit, te per gloriosa merita fidelis  
tui servi S. Ioānis Nepomuceni, qui  
de pōte Pragensi in Mosclav am  
denici, et mergi maluit, quā sacro  
sanctū Confessionis sigillū Regi  
revelare: suppliciter oro, ut in  
hoc tibi noto N.N. manifesto ho  
noris mei periculo mihi pro tua



6. benignitate subvenire, meq. ab  
omni confusione, ac indignitate  
digneris, ne gaudeant super me  
inimici mei. Sic per preces S<sup>ti</sup>  
Ioannis Nepomuceni spero,  
sic in tua misericordia confido,  
Deus, qui es benedictus in se-  
cula. Amen.

## Ad Nonam.

V. Deo in adiu. etc. gloria Patri etc.  
R. Alleluia. Vel laus tibi etc.

## Hymnus.

Sævus piger Imperator,  
Malorum clarq. patrator,  
Pollicetur pessima.

Ni quæ dixit Sacramento,  
Nl propales in momento,  
Uxoribus peccamina.

U. In te Domine speravi non con-  
fundar in æternum.

R. In Iustia tua libera me.

## Oremus.

Sancte Iohannes Nepomucene  
magne Christi Athleta, et fama



periclitanti in auxilium, qui  
corpore in fluvio Moldava ab hosti-  
= morum inuicem, et salutari-  
= tis pro ecclesia humiliter  
= dicatum ab universo Cesari et po-  
= pulo Christiano ad cathedram  
= S. Petri Ecclesiam religiose translatum  
fuit, miserere adiuvans, ut oc-  
= culta mea integritas coram iusti-  
= tis meis, et malevolis prospere  
= tu; et ego S. in tuum nomen  
= lecta gratitudinis predicare  
valem. Per Dnm nostrum  
Iesum Christum, qui cum Pa-  
= tris suo Patre, et Spiritu S. co-  
= vivit, et regnat in eternum. Amen.

## AD Vesperas

V. Deo in adiutere. Gloria Patri etc.  
Alleluia. Vel Laus tibi etc.

## Hymnus

Arcanum custodivisti,  
Ob quod saepe subivisti  
Tormentorū genera.



Aquis tandem suffocatus;  
 Effecto, quod sis beatus  
 Præditerunt sidera.  
 Intende anima mee, et libe-  
 rare me.  
 Proppter inimicos meos eri-  
 gare me.

## Oremus

Deo qui per sacramentalem con-  
 fessionem tollis actualia peccata  
 mundi, miserere nostris per in-  
 tercessionem fidelis famuli tui  
 S. Joannis Nepomuceni, ut de  
 commissis delictis nostris cordi-  
 taliter doleamus, et per sacramen-  
 tum penitentiae iuxta con-  
 suetudinem S. Romane Ecclesie  
 et solius salutaris Ecclesie  
 ordinem eadem delere valeamus.  
 qui vivis et regnas in secula  
 seculorum. Amen.

## Ad Completorium.

Converterte nos Deo salutaris noster.  
 Et averte iram tuam a nobis.



8.  
Deo In adiutro. Gloria Pa: etc.  
& Alleluia. Vespertus tibi, etc.

## Hymnus.

Temulatus nunc quiescis,

Et in dies illustrescis,

Præclaris miraculis,

Fama certus es Patronus,

Nos à malis sancte prong,

Defendas periculis.

Domine non confundar.

Quoniam invocavi te.

## Oremus.

Deo, qui se pulchrum famuli  
tui S. Ioannis Nepomucepi ita  
honoras, ut omnes, qui tenui  
organi vel castigatione afficiunt  
tuis, brevi coram vulgo infamia  
macula patiantur; concede  
nobis misericorditer, ut per ipsius  
merita vita nostræ dies longius  
clabiler finiamus, et bona fama  
firmati ex hac mortali ad vitam  
trascamus æternam. Per Christum.



**C**om mendatia. **CV**

Suscipe, gratias dedimus tibi oannes Beatus

**T**ibi preces supplices, noster  
advocate,

Fieri dicitur vivimigne sinas infames,  
Et nostros post obitu calis in-  
fer manes.

**O**ratio.

Deo cordis mei sine cuius nutu  
ne capillo quidem de capite no-  
stro perit, te per gloriosa meri-  
ta fidelis servi tui S. Iohannis  
Nepomuceni: qui de ponte Pra-  
gensi in Moldaviu flumen dei:  
rei, et mergi voluit, quod sacro:  
sancti Confessionis sigillum  
Regi revolvere: suppliciter oro,  
ut hoc NN tibi voto non pris-  
mei manifesto periculo manu  
pro tua benignitate sub venire,  
me ab omni confusione, ac  
infamia erueret digneris, ne  
gaudeant super me inimici mei:  
sic per precos S. Iohannis Nepoma



ii

Spero, sic in tua misericordia  
confido, Deo, qui es in saecula  
benedictus, Amen.

## Orationes

Ad St. Ioannē Nepomucen-  
centum in quacumq; tribus  
latibne, et necessitate est

*Si cecissimae. Mater et Ave.*

S. Ioannes Nepomucene Vir.  
Secundū cor Deū, qui in terris  
sigillum confessionis non ob-  
stante carceris squallore, ipsa  
morte inviolabiliter servasti, et  
ob magnā in pauperes miseri-  
cordiā magni Eleemosynarii  
nomen adopty es, confugio tan-  
quam pauper pauperū ad te, qua-  
teng in gloria caelesti existens  
mihī tuā apud Deū intercessi-  
one succurrere, eiꝰ secretum.



necessitatis mee proferre digneris,  
 ne fama, et fortuna naufragii pa-  
 tiar, et per hoc inimicis irrisori,  
 propinquis dolori, ceterisque scanda-  
 lo efficiar, quâ gratiâ per interces-  
 sionem tuam optenta Deum in te,  
 et te in Deo laudaturus sum. A

### 3. Pater et ave.

**O** Potens, et invictus Heros Dei St.  
 Ioannes Nepomucene, qui firmissima  
 ad instar Petre, aduersus importu-  
 nam, et indecantem Regis Wencas-  
 lai petitionem, immobilis perstisti,  
 gratiam Regis, ut criminam-  
 fueris aceres, contemnsisti, quâ et in  
 nec luctuaria, sancto ac manâ car-  
 ceres, atq; Martyrii, ipsaq; mors  
 frangere poterant. **O** Generosiss-  
 sime omnium afflictione, et tri-  
 stitia, repletorum ad te confu-  
 gentium defensor singulari si-  
 me Veneror te, inuoco te, sub tuum  
 in hac mea angustia confugio  
 presidium, cor meum angus-  
 tus plenum est: Curco, et afflic-  
 tiones circumclederunt me, nec

est



est, qui consaletu in terra, quis  
 tolleret dolorem meū, scio te po-  
 tentem coram oculis Dei omni-  
 potentis, et sanctissimæ Matris  
 eius, si vis potes me sanare, in-  
 stantem à me. auferre afflic-  
 tionem, optatūq; impetrare et  
 solatiū: Cor contritū, et humi-  
 liatū non despicias, aufer quæ-  
 so angustias meas, iniquitates  
 meas satis Ego cognosco, quibz  
 infinita Dei bonitate ad iustis-  
 simam iram, infligendamq;  
 concitavi penam, unde, et hæc  
 mihi imposuit tribulationem  
 et angustiam. Doleo de omni-  
 bus meis perpetratis peccatis  
 ex puro erga Deū Amore; qua-  
 propter fidelissime Defensor,  
 et Consolator afflictorū sancte  
 Ioanes summa cum fiducia  
 Supph



14  
suppliciter te oro, ut placare ves  
his iustissimi iram yndicis. **Dei**  
sis mediator meq, impetra mihi,  
ut **Deo** benignissime me ab hac  
tribulatione, quam quidem  
meritissime patior liberet.  
Nullū unquā adhuc sincero  
corde ad te accedentem in ex-  
auditum remisisti, multos  
autem ex angustiis eripuisti.  
Ne proicias quæso preces meas,  
ne deseras me humiliter precā-  
tem te, petentemq, solatium  
tuum. Ecce cor meum tibi dono,  
et per te comendo me **Matri Dei**  
amabilissime **Virgini intactæ**  
**Gloriosissime Mariæ. O** **Pudici-**  
**hialmator** tenerrime, averte a  
me instatē afflictionem vel con-  
fusionē, in necessitate hac mihi  
succurre, meq, divine gratiæ



participem reddere. Amen.  
3. Pater et Ave.

## Oratio Ad Deū.

Deus, qui per fidelem famulu-  
tuum David precepisti, ut te in  
spectis tuis laudarem; hinc lau-  
dam, adoro, te in S. Martyre Ioan-  
ne Nepomuceno, fide, seruo tuo,  
gratias infinitas refero, pro tan-  
tis ei collatis donis, utpote in ma-  
fide, spe, et charitate perfecta,  
quibus munusq; tantā fortitudi-  
ne, et constantia carceris tolle-  
ravit in eam, passus, ac tan-  
dem mortem ipsam pro tuo,  
ac proximi amore gloriose  
sustinuit, per eiq; merita te me.  
O Deus, cordis mei rogo, quatenus  
me visdem virtutibus ita munus-  
re digneris, ut in omnibus af-  
flictionibus, et persecutionibus,  
tam spiritualibus, quā corpora-  
libus



sibi constantis, et fortis maneamus  
 donec superatis saeculis inimico:  
 rum omnium, tam visibilium  
 quam invisibilium, aeternum te  
 in eo valeam laudare, benedicere,  
 et adorare in caelis. Per Christum etc.  
 Benedictus sit Deus in S. Ioanne Nepo:  
 muceno, laudabilis, et gloriosus in sae:  
 culis per exaltatus in saecula. *te dicitur*  
 Ver. Gloria Patri etc.

### Litania

De S. Ioanne Nepomuceno, cuius  
 Memoria 16 Maij colitur.

Kyrie eleison.

Criste eleison.

Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de Caelis Deus. Misereere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus. Misereere nobis.

Spiritus S. Deus. Misereere nobis.

Sancta Trinitas unus Deus.

miserere nobis.



17  
Sancta Maria: Ora pro nobis

Sancta Dei Genitrix.

Sancta Virgo Virginum.

Sancte Ioannes Nepomucene.

Lachrymis, et precibus, semper tuorum

Parentū ad B.V. Mariā fuis nate.

Visibili coruscā luce in natali tuo

in Cælo honorata.

Unigenite solatium, et gaudium  
tuorum Parentum.

Impiger Minister S. Altaris.

Vir Apostolice.

Lumen Ecclesie Pragensis.

Spectulū, et norma Confessoriorū.

Elemosynarie liberalissime.

Refugium Pauperum.

Consolator afflictorum.

Expugnator Hæresum.

Tuba legis Evangelicæ.

Dignitatum, et honorū contemptor.

A teneris unguiculis ardentissime

Mariophile.

Orator eloquentissime.

Prædicator zelosissime.

Salutis animarum cupidissime.

Multos ad Penitentiā convertens.

Ora pro Nobis



Sanctimoniæ Prototypum.

Vas puritatis mundissimum.

Rosa patientiæ.

Spiritu prophético imbutæ.

Sigilli confessionis sacramentalis

Custos invidiosissime.

Ad frangendū hoc sacru sigillum

frustra blanditiis, et minis

Sollicitate.

Ante, et post torturam, Confes:

sionem augustæ popalare

recusans.

Eligēs potig mori, quā minima

Confessionis secreta prodeper:

In tormentis perseverendis patientis:

me, et constantissime.

Ad mortē te Sancte semper dispo:

nens.

Illatas tibi iniurias patienter et

ferens.

Martyrii Cupidissime.

Oh sigillu Confessionis integrè ser:

vatum in Moldavium flumen

præcipitate.

Mater Dei inelite.

Post mortem luminib; noctu supra

aquā iuxta corpus tuū corruscans:

tib; à Deo manifestate.



Cujus sepulchrum miraculis gloriosum  
Bohemorum Thaumurge et Patronus  
Nobile depositum Urbis Pragensis  
Patronus singularis fama periculi  
tantum.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi  
parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi  
Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi  
Miserere nobis.

Pater noster Ave Maria.

**O**ra pro nobis S. Joannis Nepomuceni  
Et ut digni efficiamur promissionibus  
Christi.

Oratio pro Nobis

**O**remus.

Adesto Domine precibus nostris, quas  
in memoria S. Joannis Confessoris fun-  
dimus, ut eius intercessionem et meritum  
ab omni infamia, et temporali derisione  
liberati, ante obitum confessi, et peni-  
tentibus ad aeterna beatitudinis portum  
venire mereamur. Per Christum  
Dominum nostrum. Amen.

**A**lia Oratio.

Omnipotens, et Misericors Deus  
concede propitius, ut qui merita S. Joannis  
Nepo.



Nepomuceni confidimus, eius potentissime intercessionem ex omni infamia, et confusione publica, tam temporali, quam aeterna, huius, et alterius vitae, et vel maxime ex imminente tali N. N. per piissimam misericordiam eruiamur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

### Comendatio.

Ad

S. Ioanem Nepomucenum.  
 OS. Ioanes Nepomucene Patrone mi, Veneror te in gloria caelesti aurea corona immortalitatis amictu, et inter filios Dei computatum: simul etiam ad te confugio, orans supples, ut me tibi divina bonitate commissu hodie, et tota vita mea tuo patrocinio protegas, et a pudore mundano semper custodias. Amen.



# Blanditiæ Iesu

25

OR Rex Regū excellentissime, Prin-  
cepsq; illustrissime, Iesu amantis-  
sime, tu anime meæ vita, tecum  
sit affectio cordis mei unita, vi  
amatorii ardoris conflata. In omni  
ad quod sine te tendit, reddatur  
œcuminata. Quia tu es amantitas  
omnium colorum, dulcor omnium  
saporum, fragrantia omnium  
odorum, delectatio omnium son-  
orum, suavis amantitas æplexum  
intimorum. In te voluptas de-  
lectiosa, per te superfluentia  
copiosa, ad te allicientia ama-  
nosa, per te influentia affectus  
=osa, tu superfluens abissus di-  
=vinitatis. O Regum Rex dignis-  
sime, Princeps Illustrissime, Im-  
perator excellentissime, Domi-  
nator mitissime, tutor validis-  
sime. Tu vivificas genia humana  
nobilitatis. Opifere artificiosissi-  
me



22  
me Instructor mansuetissime, Con-  
= sultor sapientissime, Adjutor ben-  
= quissime, Amica fidelissime. Tu  
saporosa unio intima fravittatis,  
OBlanditor delicatissime, Affector  
lenissime, amator ardentissime,  
sponse dulcissime, Relator castis-  
= sime. Tu vernas flos ingenuae ver-  
= nustatis. O frater amabilissime,  
Iuvenis floridissime, comes iu-  
= cundissime, hospes liberalissime,  
ministrator curialissime. Te omni  
creaturae praeligo; propter te om-  
= ni delectationi abrenuntio, pro  
te omni adversitati obvio. In  
his omnibus te unicum laudatorem  
requiro. Te vegetatorem horum  
omniumq; bonorum corde, et ore  
contestor. In virtute tui servoris  
adiungo intentionem meae de-  
votionis



25  
votionis efficaciam hanc orationis, ut  
per integritatem divina unionis  
ducatur ad apicem summe perfectionis:  
= nis consumpto omni motu rebel-  
lionis. Amen

## Oratio AD Nomen Iesu

O Optime Iesu, o piissime Iesu, o dul-  
= cissime Iesu, o Iesu Fili Dei, et Mariæ  
Virginis, plene misericordia, et pie-  
= tate! o dulcis Iesu, secundum mag-  
nam misericordiam tuam miserere  
mei! o clementissime Iesu, pro pre-  
= ciosum illum sanguinem, quæ pro pec-  
= catoribus effudisti, deprocor te, ut  
abluas omnes iniquitates meas,  
et in me miserum, et indignum, humili-  
= liter ventam petentem, et hoc  
sanctum nomen Iesu invocantem  
respicias! o nomen Iesu, nomen  
dulce



24 dulce! nomen Iesu, nomen delectabile!  
nomen Iesu, nomen amabile!  
quid est enim Iesg, nisi Salvator?  
ergo Iesu propter nomen sac<sup>tu</sup>  
tuum esto mihi Iesus, et salva me.  
Ne permittes me damnari, quem  
pretioso sanguine tuo redimisti.  
O optime Iesu, ne perdat me iniqui-  
tas mea, quem fecit omnipotens  
bonitas tua! o benignissime Iesu,  
miserere mei, dum tempus est mi-  
serendi, ne damnes me, dum tempus  
est iudicandi! o piissime Iesu, si  
me damnare velit tua severa ius-  
titia, appello, et confugio ad  
tuam piissimam misericordiam!  
O amantissime Iesu, o desideratissi-  
me Iesu! o Iesu mitissime! o Iesu  
Iesu, Iesu suscipe me in numerum  
electorum tuorum! o Iesu salva me  
te

et red  
confugi  
te am  
libig  
et pos  
felicitate  
O Iesu  
et mi  
spe  
confu  
pro m  
niam  
cata n  
rum o  
ad h  
loru  
cem b  
pietate

35  
te credentium! o fiducia ad te  
confugientium! o Iesu dulcedo  
te amantiū! fac ut diligam te,  
tibiq; fideliter adhæream,  
et post hanc miserā miserā  
felicitate ad te perveniā. Amen.

## Petitio

### AD IESUM.

O Iesu piētissime, plene pietate,  
et misericordia, qui nunquam  
spernis miserorū suspiria: ad te  
confugio, tuam clementiā exoro. Tu  
pro me loquere, tu pro me supple: quo-  
niam tibi confiteor universa pec-  
cata mea. Tu per puras clarissimorū  
oculorū tuorū lachrymas,  
abluere omnes peccantium ocu-  
lorū meorū maculas. Tu per dul-  
cem benedictarum aurium tuarū  
pietatem, abluere omnē peccatū  
aurium



26 aurium mearum iniquitatem. Tu  
per vividam dulcium verborum bene-  
dicti oris tui potentiam, absterge  
omnem polluti oris mei offensam.  
Tu per operum tuorum perfectionem,  
manuumque tuarum crucifixionem,  
abluere omnem impiarum manuum  
mearum offensionem. Tu per dolo-  
rosam benedictorum pedum tuorum  
fatigationem, durissimamque perfo-  
rationem abluere omnem peccatum  
pedum meorum maculationem. Tu  
per puram sanctissimorum cogitatum  
tuorum intentionem, ardentemque tras-  
sionem cordis tui amorem, abluere om-  
nem malarum cogitationum mearum, et crimi-  
ninosi cordis mei reatum. Tu per  
vita tua nobilem innocentiam puramque  
sanctitatem, dele omnem corrupta-  
tae vitae meae foeditatem. Tu demum  
per

27  
per preciosissimi sanguinis tui pre-  
-nobile lavacrum, ablue, emunda, et ex-  
-tingue omne cordis, et anime mee  
-periculum: ut per sanctissima me-  
-rita tua mundus inveniar, et  
-deinceps immaculatus omnia man-  
-data tua servare merear. Amen.

## Quinque Suspiria Ad Christum.

O dulcissime Iesu, suspiro ad te in  
-unione istius laudis, quae à te in om-  
-nes sanctos effluit, in supplementum  
-istius laudis: quae te omnes creatu-  
-rae laudare debent.

O piissime Iesu, suspiro ad te in  
-unione istius gratitudinis, quam  
-Sancti de corde tuo trahunt, tibi-  
-que pro donis sibi collatis gratias  
-agunt.

O suavissime Iesu, suspiro ad te pro



meis omniumq; peccatis, in unione  
istig patientiæ, qua iniquitates  
omnium portas, et suffers.

O amabilissime Iesu, suspiro ad  
te in unione tui divini desiderii,  
quod in terris pro salute homi-  
num habuisti, desideras omne  
bonum, quo homines ad laudem  
Dei, et salutem suam indigent.

O optime Iesu, suspiro ad te in  
unione omnis orationis, quæ  
ex divino corde tuo, et ex cor-  
dibus omnium Sanctorum pro vi-  
vis, et defunctis effluit. Amen.

Oblatio  
Meritoriorum Christi  
pro suis peccatis.

Opis  
ex  
spica  
na  
quis  
posit  
plie  
pa  
plero  
ism  
stio  
stio  
dati  
m  
len  
aut  
twie  
fimo  
pao  
meap

29  
O piissima Iesu, secundum quod  
in inferutabili sapientia tua per-  
spicatis cognoscis defectū huma-  
næ fragilitatis, quæ vel ego vel  
quisquam hominū cognoscere  
possit: ideo rogo, ut meæ multi-  
plici fragilitati multipliciter cō-  
passus, universalem meū sup-  
plere velis defectū. Offer ergo pi-  
issime Iesu dulcissimo Patri tuo ab-  
stinētiam digniſsimam sanc-  
tissimi oris tui in veram emen-  
dationem, et suppletionem om-  
nium, quæ unquam per multi-  
plē sermocinationem deliqui,  
aut omisi. Offer illi etiam, op-  
tissime Iesu abstinentiam sanctis-  
simarum aurium tuarum  
pro omnibꝫ delictis aurium  
meorum. Abstinentiam quoqꝫ



30 Oculorum tuorum, offer ei pro  
punctis maculis, quæ aliquo il-  
licito visu contraxi. Nec non ab-  
stinentiam manuum, pedumq;  
tuorum pro omnib; delictis  
operum, gressuumq; meorum.  
Postremo Maiestati eius Iesu ar-  
mantissime, offer deificatū cor-  
tuum pro universis delictis,  
quæ unquam cogitatione, desi-  
derio, sive volūtate cōmisi. Amen.

## Laus Christi.

Laudo te o mi Iesu in unione illig  
excellētissime laudis, quā omnes  
Sancti conitubilantes extollunt  
persevērissimam delectationem  
divini influs; tui in tuam deifi-  
cam humanitatem, iam inorta-  
litas

litatis gloria sublimatam pro mys- 31  
= tificaria amaritudine passionis, et  
mortis, quam sus tinuisti propter  
humanam salutem.

Laudo te, o mi Iesu in unione  
illig. excellentissimæ laudis, quã  
omnes Sancti extollunt amari-  
= simam delectationem illig. grati-  
= si-  
= mæ vernantiæ, quã oculi huma-  
nitatis tuæ delectantur in floridis  
pascuis totius Summæ, et indivi-  
dua Trinitatis.

Laudo te, o mi Iesu, in unione illig  
excellenti-  
= simæ laudis, quã omnes  
Sancti extollunt suavissimam  
delectationem illam, qua demul-  
= centur aures tuæ deysicato huma-  
= nitatis in suavisonis blanditis sem-  
per



per veneranda Trinitatis omni-  
-umq; Angelorum, et sanctorum  
laudib; indefessis.

Laudo te, ô mi Iesu, in unione  
illig excellentissimæ laudis, quâ  
omnes Sancti extollunt delicio-  
sissimam fragrantiam auræ  
gratioris, quâ suavissimum Sanctæ  
Trinitatis spiramentum, naves iam  
-mortales Sanctæ humanitatis tuæ  
gratissimè recreantur.

Laudo te, ô mi Iesu in unione illig ex-  
-cellentissimæ laudis, quâ omnes  
Sancti collaudant magnificum  
incomprehensibilem, et inestimâ-  
-bilem totig divinitatis influxum  
in tuam deificam humanitatem  
qua iam immortalis, et impassibilis

secta



fecta, pro sensu actus corporei, quo  
 caret duplici fruatur divina in-  
 fluxionis delectamento. Amen.

### Salutatio Iesu Messia

Ave vivificans gemma divina nobi-  
 litatis, Ave imarcessibilis flos hu-  
 mana dignitatis Iesu amanti-  
 me: cum delectamento tuae di-  
 vinitatis, ex affectu totius univer-  
 sitatis salutans amplector te,  
 et in dulcissimum vultus cor-  
 dis tui comendo me. Amen.

### Salutatio Omnium Vulne- rum Christi.

Gloria tibi suavissima, dulcissi-  
 ma, benignissima, nobilissima,  
 imperialis, excellentissima, fulgi-  
 da, semperq. tranquilla Trinitas,  
 pro roseis Vulneribus Iesu Christi  
 mei unice electi amatoris.

Oblatio Post Verso dicenda.  
 Domine Iesu Christe, Fili Dei vivi

Suscipe



34. suscipe hanc orationem in a-  
more illo superexcellente, quo  
omnia vulnera sanctissimi  
corporis tui sustinuisisti. Et mi-  
serere mei, et omnibus peccato-  
ribus, cunctisque fidelibus vivis, atque  
defunctis. Da eis gratiam, et  
misericordiam remissionem  
peccatorum, et vitam eternam.  
Amen.

### Alia Vulnerum Christi Salutatio.

Salvete preciosissima Iesu vul-  
nera in omnipotentia Patris,  
qui dedit vos. Salvete in sapi-  
entia Filii, qui sustinuit vos. Sal-  
vete in bonitate Spiritus Sancti,  
qui per vos redemptionem  
generis humani perfecit. In  
vos hic commendo, in vos hic

abscou



abscondo, in vos demergome, ut  
 vestra protectione liberari me  
 : rear à facie vastatoris. Amen

## Salutatio Cordis Iesu

Salve Cor Iesu dulcissimum,  
 Trivisionum S. Trinitatis organum.  
 Salve cor Iesu mellissimum, omnis  
 bonitatis, et gratiae vivum proflu-  
 : vium. Salve cor Iesu amantissi-  
 : mum omnium divitiarum Dei  
 nobilissimum triclinium. Mil-  
 : lies, et millies benedico, et salu-  
 te in divina bonitate, quâ es fons  
 et origo, ex quâ omnis bonitas,  
 et misericordia scaturit. O no-  
 bile, et pretiosum cor Iesu Chri-  
 : sti, per mutuam gratitudinem  
 colenda Trinitatis saluto, et adoro  
 te in abundantia omnium gratia-  
 rum



36.

rum, quae effluerunt, et sine fine  
effluent in omnes Sanctas, et  
devotas animas, quas toties ir-  
rigasti, et inebriasti torrente  
divinae voluptatis tuo.

O cor Jesu, cor dulce! O cor Jesu,  
cor suave! O cor Jesu, cor amabi-  
le! O cor<sup>m</sup> amans dulcedine, red-  
undans pietate, superfluens cha-  
ritate! in tuam intimam medul-  
lam immergo meum spiritum, et  
in profundo tuae misericordiae  
sepelio totum pondus iniquitatis,  
et negligentiae meae. Tibi offero  
omnes meos labores, et sudores:  
tibi dedico omnes meas angu-  
stias, et miseras: tibi comendo

vitam



vitam, et finem vite mee. O con-  
 thymiana dulcissimum, inco-  
 sum suavissimum, sacrificium  
 dignissimum: offer te et ipsu  
 super reconciliationis humanae  
 altare aureum in supplementu  
 omnium meorum, quos vici-  
 diorum, in quibus Deo non detu-  
 li fructum.

Benedico te cor Iesu nobilissimu  
 in illo amore, quo a spiritu sancto  
 ex castissimo Mariae Virginis san-  
 guine es creatum. Glorifico te cor  
 Iesu dulcissimum in illo amore,  
 quo a S. Trinitate omnibus celesti-  
 bus bonis es decoratum. Magnifi-  
 co te cor Iesu mitissimum in illo  
 amore, quo semper erga genus  
 huma

nt, et sine fin  
 andas / de  
 las toties in  
 tor recte  
 co  
 O cor Iesu  
 cor amab:  
 edine, rec  
 thens cha  
 na medic  
 vritum, et  
 ericordia  
 iniquitate  
 Tibi offero  
 et fides  
 regis langu  
 conuenio  
 vitam



humanum arsisit. Veneror te cor  
 Iesu benignissimum in illo amore,  
 quo in cruce moriens disruptum  
 fuisti. Collando te cor Iesu fideli-  
 simum in illo amore, quo lancea  
 transverberari, sanguinemq; et  
 aquam distillare voluisti.

Te igitur, ô superdignissimam Tri-  
 nitas, per illud superbenedictum  
 cor, laudo, glorifico, et benedico,  
 quod potueris, sciveris, atq; volu-  
 eris huic nobilissimo cordi tam  
 multiplicia dona, gratiarumq;  
 abundantiam conferre: et sumo  
 quo possum affectu, et reverentia  
 offero tuæ supremæ Maiestati id-  
 ipsum cor dulcissimum, ac uni-  
 cè dignissimum in ea dignitate,  
 qua plenum est divina gratitudo  
 dine



dine, ac omnimodo beatitudinis  
 perfectione superexcellens in per-  
 =petuum: orans, ut per illud ip-  
 =sum supplere, ac perfecte res-  
 =saturare digneris, quicquid  
 mali comisi, et in omni bono ne-  
 glexi. Amen.

AD

Impetrandum Et Exci-  
 tandu Dei in se Amorem.

Vulnera cor meum o dulcis Iesu  
 Vulnera cor meum sagita amoris  
 tui, et foveis, ut sentiam aliquando,  
 quam suave sit, et dulce amare te  
 optime Iesu.

Myllama cor meum amore tuo o  
 dulcissime Iesu, o amantissime Iesu.

Fiat cor meum, et corpus meum  
 immaculatum, et non confun-  
 dar.



## Præcatio

## Pro Felici Morte.

Domine Iesu Christe vita, et  
 mortis Princeps, cui, et vivimus,  
 et morimur, per sacro sanctam,  
 et amarissimam in cruce morte  
 tuam precor, ut adventu in mea  
 morte tuę me uti dormientem,  
 imperatim, et inertem, sed vigi-  
 lantem, et frangi seruum offen-  
 dat. Ne permittas, quæso, me  
 impenitentem ex hac migrare  
 vitā, et improvisā mala morte  
 præoccupari: sed moriturum  
 mature confirmes, ac munias ca-  
 tholicā fide, verā penitentiā, purā  
 confessione, dignā satisfactione  
 et sacratissimo Eucharistia viati-  
 co, olei, sancti perceptione, cum  
 cætera omnia me deferent, quas ca-

duca



deret, et si uicam in hoc e. mundo p[ro]p[ri]e <sup>41</sup>  
dentur, tu qui cum electis tuis  
perpetuo mansurus non deseras,  
praesertim in extremo illo uita  
eigone, quod tunc cum infestissimo  
sateua uel, maxime, luctandum est.  
Assistat tibi tutum in morte An-  
gelus tuus, et migraturus aduerso  
tentationes omnes protegens  
tuo uel dolo tuo confortetur, atq[ue]  
conferunt. **Vigeat in me** nunc  
fides, spes, caritas, et patientia  
in manus tuas me animamq[ue] praesentem  
comendem, atq[ue] in pace  
sanctam obdormiam, et regnum  
tuum, quod nobis tanto pretio  
comparasti, secure transire pos-  
sim. **Memento mei Domine**, qui reg-  
num tuum penitenti etiam fero la-  
troni promittere, ac pro summa



72 clementia tua donare dignaberis.

Amen.

**Invitatio B. Virginis ad  
Suum Obitum.**

O sacratissima Virgo Maria in illo  
amore, et fidelitate, qua filium tuum  
in cruce pendens te B. Joanni com-  
mendavit, comendo tibi animam  
et corpus meum, cogitationes, verba,  
et opera mea, vitam, et mortem me-  
am, maxime autem extremum il-  
lud vitæ meæ momentum, a quo  
pendet aternitas. Et sicut tu ad be-  
atum tuum transitum Filium tuum  
invitasti, ita et Ego ad transitum meum  
te invito: rogans per amorem illius,  
quo Filio tuo morienti assististi, per  
amaras lacrymas, quas fudisti,  
quando eum inclinato capite a-  
marissime expirantem vidisti, et  
ut



et mihi in aeterna benignitate tua assis-  
 = stere, et nequaquam emanere ve-  
 = lis, quia sine te nequaquam pie mo-  
 = ri me posse confido. Ne deneges mi-  
 = hi o Mater benignissima petitione  
 hanc meam, quam a te devotissi-  
 = mo corde depono, quia sine te mo-  
 = riar non merito vereor, ne eter-  
 = naliter peream. Quomodo enim  
 ego pauperes, et fragilissimis  
 in tam multiplicibus, gravissimis  
 que hostium insultibus subsistam,  
 nisi mihi adfueris? Quomodo do-  
 = mi districissimo illo iudicio divi-  
 = no comparebo, nisi te mihi co-  
 = mitem, et advocatam exhibueris?  
 Quomodo de peccatis meis inu-  
 = meris, et omnem enormitatem su-  
 = perantibus rationem reddami  
 nisi tu illa apud Filium tuum ex-  
 = cuses, eorumque mihi veni a impe-  
 = tres.



trēs. Inclina igitur aurem tuam  
precibus meis, o beatissima, et ob  
amorem dilectissimi Filii in extre-  
mis meis nutritus sis, et sub tua  
protectione gravissimis illis pe-  
riculis illis erutus, ad caelestia  
gaudia tecum pervenire vale-  
am. Amen.

## Tria Ave Maria

Pro Felici Fine.

Ave Maria etc. usq. ad illa verba  
Sancta Maria Mater Dei, sicut  
Deus Pater secundum magnificentiam  
omnipotentiae suae te super omnes  
creaturas exaltavit, atq. potentissi-  
mam fecit; ita mihi quae so ad sis  
in hora mortis meae expellendo a  
me omnem contrariam potesta-  
tem. Amen.

22. Ave Maria, etc. Sancta Maria

Mater



Mater Dei, sicut filius Dei secundum 45  
excellentiorem inextinguibilem sapientiam  
fuit tanta te cognitione et claritate  
repleti, quod ipsa omnibus Sanctis  
maiores SS. Trinitatis cognitione  
habeat, ita in hora mortis mea a-  
nimam meam cognitione fidei sic  
illustres, ne ullo errore, aut igno-  
rantia perventatur. Amen.

3 Ave Maria etc. Sancta Maria  
Mater Dei, sicut Spiritus Sanctus dulci-  
cedinem amoris sui ita plene tibi  
infudit, quod post Deum dulcissi-  
sima, et benignissima sis: ita in  
hora mortis dulcedinem divini  
amoris mihi infundas, ex quo  
omnis amaritudo mihi redda-  
tur suavissima. Amen.



Quatuor Orationes in  
 fine cuiusvis Orationis Dic.  
 Ave Iesu Christo Splendor Patris,  
 Princeps Pacis, Ianua celi, panis  
 virg. Virginis partu, et Deus Deitatis.

Requiem aeternam dona eis;  
 et lux perpetua luceat eis.  
 Vel dic Psal. De profundis.

### Oratio Prima.

Adoro, saluto, et benedico te dul-  
 cissime Dne Iesu Christe atq. ve-  
 re effectum totius universitatis gratias  
 ago pro amore, quo propter nos.  
 incarnari, nasci, ac triginta tribus  
 annis fame, sitis, laboribus, et dolo-  
 ribus affici, ac te ipsum nobis in sacra-  
 mento relinquere dignatus es. obse-  
 crans te, ut hanc orationem, mea  
 qua tibi pro illo N. vel illis, vel om-  
 nibus defunctis: offero, unice, et  
 permi-



pariter digneris: in tuis sancto: 47  
tissime vite; et conversationis tue:  
et ex eiusdem abusu de caritate sup:  
plere, et perfectam restaurare;  
quid quid neglexit: vel neglex:  
erunt: in tui laude, et dilectione,  
gratiarum actione, orationibus,  
virtutibus, cæterisque bonis operi:  
bus, et obsequiis tibi debitis, que  
per gratiam tuam facere potuisset, et  
non fecit: seu impie, et imper:  
fecte fecit: vel fecerunt. Amen

### Oratio Secunda.

Adoro saluto, et benedico te dulcis:  
sime Domine, gratias agens pro a:  
more, quo tu Creator universorum  
ad redimendum nos, ab hominibus  
dignatus es capi, ligari, trahi, con:  
cileari, verberari, conspu, flagel:  
lari spinis coronari, condemnari,  
crucem barularum, nudari, erui, figi,  
et acerbissima morte mori, lanceam  
configi.



48 configi. Atq; in eiusdem amoris  
= nique offero tibi has indignas ora  
= tiones meas, obsecrans te per men  
= tum tuae sanctissimae passionis, et  
= mortis, ut delere, et perfecte abster  
= gere digneris, quid quid anima; vel  
= anima, pro quibg; | pro qua oro, un  
= quam contra voluntatem tuam  
= peccavit; | vel peccaverut; | cogi  
= tationibg; locutionibg; et operibg; ma  
= lis. Et ut offeras Deo Patri omnem  
= vulnerati corporis, et dolorosa a  
= nimia tuae penam, et dolore, me  
= rita, et exercitia, pro omni pena,  
= cui apud iustitiam tuam deti  
= netur obligata; | vel detinentur  
= obligata: | Amen.

### Oratio Tertia.

Adoro, saluto, et benedico te dul  
= cissime Domine Iesu Christe, gra  
= tias agens pro amore, et fiducia,  
quibg;



quibus nostram **Terce** de se  
 morte resurgens, glorificasti, in  
 calumia ascensionis ad dexteram  
 Patris te collocaasti: obsecrans te, ut  
 animum pro qua vel animas sub  
 quibus pro tua gloria, et victoria  
 particeps efficere digneris. Amen.

**Oratio Quarta**

Adoro, saluto, et benedico te dulcis-  
 sime Domine Jesu Christo, gratias  
 agens pro omni bus beneficiis, qua  
 gloriosa Mari, omni busq; electis tuis  
 unquam impendisti, in unione illig  
 titudinis, qua omnes Sancti gra-  
 tulantur, se per incarnationem, Pas-  
 sionem, et Resurrectionem tuam  
 beatificatos; obsecras te, ut ex eunde  
 gloriosa Virgine; et Sancto rum meritis  
 et precibus sup plere digneris isti pec-  
 catorum peccatis: quidquid ei deest ex  
 propriis. Amen.



# Oratio Dominica Pro Defunctis.

Pater noster; qui es in caelis.  
 Obsecro digneris animab; in pur-  
 gatorio ignoscere, quod te suum  
 venerandum dilectumq; Patrem,  
 qui eas ex mera gratia in filios adop-  
 tasti, non dilexerint, nec deatum  
 honorem exhibuerunt, sed in suis cor-  
 dibus in quibus habitare semper de-  
 siderabas, eiecerint. Et in supplicatio-  
 nem huius culpa ipsarum offero  
 tibi illum amorem, et honorem  
 quem dilectus Filius tuus in terris tibi  
 exhibuit: illamq; copiosam satisfac-  
 tionem, qua omnia ipsarum pecc-  
 ata persolvit. Amen.

Sanctus est tu nomen tuum.  
 Obsecro, pater, digneris animab;  
 defunctorum ignoscere, quod San-  
 ctum



Etiam nomen tuum nunquam dig-  
 = ne honoraverint, rariq; eiusdem  
 devote recordati fuerint; sed saepe  
 id ipsum nomen ~~assumpserunt~~  
 atq; per tuos servitans Christianam  
 nominis se indignos reddiderint.  
 Et pro satisfactione huius peccati  
 offero tibi perfectissimam Filii tui  
 sanctitatem, qua benedictum  
 nomen tuum predicando exal-  
 = tavit, et in omnib; sanctissimis  
 operib; suis honoravit. Amen

**Adveniat Regnum tuum.**

Obsecro te Pie Pater digneris anima-  
 = by defunctoim ignoscere, quod te  
 regnumq; tuum, in quo solo consistit  
 vera requies, vltimaq; gloria nunt.  
 quam cum fervore desideraverit,  
 nec tuchose quiesierint. Pro qua  
 ipsar

minuta  
 nichs.  
 et es in cal  
 in abgan pu  
 nos te sum  
 ung Patrem  
 in filio  
 deo  
 deo  
 et suis cora  
 re semper de  
 in si pletit  
 rym offero  
 et honor em  
 in terris h  
 of an satis fa  
 s arum pre  
 reit. mo  
 men te n  
 mens animab  
 eae, quod san  
 etiam



issarum, accedat, quam in omni bono  
 habuerunt, offero tibi sanctissima  
 Filii tui desideria, quibus voluit  
 esse regni sui coheredes. Amen  
**Fiat Voluntas tua sicut in**  
**caelo, et in terrae.** Obsecro te  
 pie Pater, digneris animabus defuncto-  
 rum, maxime vero animabus sacre-  
 dotum, ignoscere, quod voluntate  
 tuam sua non proposuerunt, nec  
 ardent in omnibus dileverunt, sed  
 valde frequenter secundum volu-  
 tatem <sup>tuam</sup> vixerunt, et fecerunt. Et in  
 emendationem huius sua inobedi-  
 entiae, offero tibi unionem dulcis-  
 simi cordis Filii tui cum tua volun-  
 tate: sicut et prophetissimam eius  
 obedientiam, quae tibi obediens  
 fuit usque ad mortem crucis. Amen.  
 Panem nostrum quoti-  
 dianum da nobis hodie. Ob-  
 seculo te pie Pater, digneris anima-  
 bus



bus defunctorum regnos cere, <sup>563</sup>  
quod nobilissimum Altaris fac-  
ramentum non cum integra  
desiderio, devotione, et amore  
susceperint; sed multa carum  
se plane eiusdem indignas red-  
derunt. et multa id ipsum raro  
aut plane nunquam susceperunt.  
Pro quo etiam peccato ob hoc  
præteritum Filii tui Sancti tatem  
et devotionem, sicut et ferven-  
tiam eius amorem, et ineffabile  
thesaurum, quo hunc peccator  
suum thesaurum nobis donavit Amen.  
Et dimitte nobis debita  
nostra, sicut et nos dimit-  
timus debitoribus nostris.  
Obsecro te pie Pater, et igneris a-  
nimabus defunctis ignoscere  
omnia peccata, quæ commise-  
runt



54  
sunt in septem peccatis capitalibus  
maxime, quod is, qui eas offenderunt,  
ignoscere noluerint, Pro quibus nec in-  
imicos dilexerint. Pro quibus peccatis  
offero tibi suavissimam orationem  
quam filius tuus in cruce pendens,  
pro omnibus inimicis suis oravit.

Amen.

Et ne nos inducas in tentatione.

Obsecro te pie Pater digneris anima-  
bus defunctorum, ignoscere, quod  
vitii, et concupiscentiis non resis-  
terint, sed seipsum diabolo, et carni sua  
conseruerint, et multis malis sponte  
se irretierint. Pro quibus multi-  
plicibus peccatis offero tibi glori-  
osam Filii tui victoriam, qua mun-  
dum, et diabolum devicit, sicut  
et totam sanctissimam eius vitam  
et conversationem, cum omni suo  
labore



labore et tristitia fatigati, et quod nisi in  
passione et morte eius sit. Amen. **35**  
**S**ed libera nos. Et ipsas ab om-  
ni Malo, omnia panna per directi  
Alti in nobis, et per te. Nos ad reg-  
num gloriae tuae, et per te, et per te, et per te.

**B**revis, et efficax oratio  
**P**ro defunctis.

**M**iserere piissime Iesu. cum mabus  
in purgatorio detentis, pro quibus  
redimendis humanam naturam  
assumpsisti, mortemque amarissi-  
simam subisti. **M**iserere gen-  
